impendat· Vere impleta est pphecia
que dixit· Cum sancto sanctus eris·
et cū viro innocenti innocens eris.
11 Nec ptereundū puto· qualiter celestis
signi visione· ipm̄ eciā voluerit
dn̄s mirificare· Nā in ipa sollempni
die sc̄i pasce multa fratrū caterua ast-
ante· dū ipse sacerdos diuina celebraret
misteria· dextera quedā apparuit su-
pna· que cū ipius dextera diuina sancti
ficauit sacramenta· Cōpletis vō missaꝝ
sollempniis· quidā heilricus pbr· q̄ eo
die cantoris officium agens· tanto inter
fuit miraculo· sequēs epm̄ vsqȝ i cubi-
culū adeius pedes cecidit· atqȝ in psencia
popularium psonarū· eandem visionē
mirus caute explanauit· Cui vir dei·
Melius inquit tibi eēt tacere· quam talia
i aures vulgi pferre· Mox ille rubore
pfusus exiit· et in vestibulo cubiculi re-
sidens· tantas lacrimas emisit· ut exill
arū suffusione cogeretur lucis huius
dispendia sustinere· Vir autem dei
memor sue fragilitatis· cauebat fauorē
humane laudis· ne caderet i pcipiciū
elacionis· semp gras agens deo super
inenarrabili eius dono· Et sicut de sc̄is
scriptū est· Ibunt de vtute in virtutē· velut
celeste animal ante faciem suam gra
diebatur· ut eo mente conscenderet·
quo eum impetus spiritus duceret.
12 Hiis virtutū gradibꝫ ad alta pficiens·
quadā nocte que antecedebat diem
sc̄m· que diem indulgencie uel cenam
dn̄i xpiana religio vocare consueuit·
Vox quedā bto sic ait in visu· Vdalrice
epē· scias te hodie hospites suscepturū
esse· Expgefactus cepit secū admirando
tractare· qui nā illi hospites potuissent
esse· Nō em̄ erat inanis sopor ille· qui
solet aliquocies hoim̄ mentes illudere·
sed talis potius quali sponsa se dicit iam
oris cantico obdormire· Ego inquit
dormio· et cor meū vigilat· Talis igitur
somni dū vir dei frueretur quiete· iterū
vocē in hec vba meruit audire· Oroēs
tue et elemosine vdalrice deo sūt acce-
pte· qui binis antecessoribus tuis fortu
nato videlicet atqȝ adalberoni te cōmed
auit· ut tibi hodie et post hinc sacra
misteria celebranti assistāt· et ea tecū
benedicant· Mane aūt facto· hora qua
inclitus misteriarches diuina sacramēta
celebrauit· quibusdā eciā qui ad videndum
digni erāt cernētibꝫ· dextra dn̄i denuo
apparuit· que cū sc̄o epo signū crucis
imponēdo eadem cōsecrauit· Idem ipi cū
ad pcipiendā sacrā cōmunionē ad sc̄m
altare accederet· et ipse illos huius secreti
cōscios eē pspiciens nō ignoraret· quando
panē eis dominicū porrexit· ori singu
lorū digitū supposuit· ut p hoc itelligerent·
q̄ visa minime diuulgare deberent.
Quibꝫ eciā expleto sacrorū officio ad se
vocatis· reuelati sibi i nocte pterita
misterii ordinē exposuit· et ut tam hoc
quā quod ipsi viderat alicui dicerent.
donec ille maneret i carne interdixit·
sub interminacione presentis vite·
13 Alio vō tpe· dū iterū sub aliquādā noctis
silencio mēbra quieti commendaret·
Btā afra martir facie pulchra· veste
decora· tunica succincta apparuit· eique
dixit· Surge et sequere me· Et statim ed
uxit illū in campū q̄ ex noīe fluminis
ibidē decurrentis lechfelt dicitur· Ubi sc̄m
petrū aplorū pncipem· velut i sinodali
colloquio sedentē inuenit· cum magna
epoꝝ aliorumqȝ sc̄orū multitudine· uel
quos olim in carne vidit· uel tunc pmum
reuelante sibi gra diuina cognoscere
cepit· ibi inter alia q̄ tractabantur· sicut
olim i apocalipsi sc̄i iohis audita ē vox
animarū de suis interfectoribꝫ vindictam
expetenciū· ita tunc clamor ortus ē sc̄oꝝ·
de arnolfo duce noricorū adhuc viuente·
ob destructionē ecclesiarū atqȝ monasterioꝝ·
quorū res distribuit i bn̄ficia laicorū.
Qua ppter dictante oīm sentencia
synodali· dampnatus est pena· Pferebatur
i mediū eciā enses duo· vnus quidē cū
capulo· alter aūt absqȝ capulo· De quibꝫ
pnceps aploꝝ ait· ad btm̄ virum· Dic
regi heinrico ensis absqȝ capulo significat
illū q̄ sn̄ vnctione regnat i pplo· At alter
capulatus· illū q̄ p sacre benedictionis
ordinacionē diuinitus fuit coronatus.
Finito sc̄orū cōcilio· pdicta dei martir
sc̄issima mōstrauit illa adhuc loca· in
quibꝫ otto rex postea castra posuit· et

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 47r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/de/vad/0070/47r)